

CONTRADI. ZIMAR.

**CONTRADICTIONES AC SOLV-
tiones Marci Antoni Zimarræ in dictis
Lucidissimi Themistij.**

IN LIBRO PHYSICORVM.

Contradi. in quarto phys. super tex. 130.



LUCIDISSIMVS Themistius reprehendit Boethum opinantem numerum remanere posse absq; eo qd numerat cōtra P̄m sicut sensibile potest remanere absq; eo qd sentit, sed Themistius inquit ipsū falli, quia ea quæ referuntur adinuicē simul sunt, vt quæ potestate potestate, & q̄ actu actu, sed Themistius in reprehendendo non caret reprehensione, quia tunc dānando Boethum dānat Aristō. in prædicamentis qui hac ratione asseruit sensum, & sensibile nō referri mutuo, q̄ potest sensibile remanere sine sensu. P̄ Soluitur non est intelligendus P̄m voluisse sensibile remanere sine sensu, inquantū sensibile est sine sensu destructo actu & potentia, sed actu tantum, quia bene potest aliquid esse sensibile in potentia sine eo qd actu sentiat, sensibilis enim in actu, & sensus in actu est vnus & idem actus, vnde bene Aristō. vult sensibile in potentia referri ad sensum in potentia & non ad sensum in actu, quia ad illum referuntur sensum in actu, vt patet secūdo phys. tex. cōmē. 38. q̄ causæ in potentia referuntur ad causam in potentia, & causæ in actu ad causam in actu, & licet causæ in potentia non sint simul cum causatis in actu, sunt tamē simul cu; causatis in potentia, sicut patet. vnde Aristō. ibi intentio est q̄ sensibile in potentia non referuntur mutuo cum sensu in actu propter antiquos, vt fuit Democritus qui sensibilia nulli esse habere opinabatur nisi a sensibus, vt d. Themistius quarto phys. in expositione tex. 71. & idem asserit Simplicius in. 2. de anima de antiquis in expositione tex. 146. & per hæc patet solutio ad cauillationes Porphyrij in prædicamentis contra Aristō. quia nullius sunt roboris, sicut vides.

Contradi. in quinto phys. super tex. 7.

THEMISTIVS exponens quō generatio fit mutatio ex non ente simpliciter quid nomine non entis simpliciter intelligatur inquit, voco autem non ens simpliciter non omnino quod omnino & viquequaq; sit nihil, sed id qd nuda & mera potentia est, cuiusmodi est originalis, & prima materia. Sed huius oppositū habet ab eodē p̄ phys. in digressionē de priuatione & potentia materiæ, vbi dicit expresse materiam in prima sui notione esse aliquid ens actu, igitur non est pura potentia, & est etiā contra Auerroem quinto phys. cō. 8. vbi dicit q̄ in prima materia nō est actus omnino. P̄ Soluitur materia prima est pura potentia, quia nō est forma, nec formā habens, sed est capax omnium formarum substantialium & accidentalium, tñ in se est substantia quædam & natura quæ specialiter nomine dicitur materia in qua fundat illa potentia respectu omnium formarum, & sic dicitur aliquid actu in se, quia materia actu est materia, & prius est actu materia q̄ sit potētia ad formam, & sic est aliquid in actu vt distinguitur contra nihil, sed non dicitur aliquid in actu, quia actus existendi fit in ea sine forma, aut esse possit, vt quidam somnauerūt.

Contradi. in sexto phys. super tex. 44.

THEMISTIVS d. in presenti loco quod licet iste propositiones sint recepte, homo audit, homo gustat, homo olfacit & videt, nō tñ sunt primariæ, quia hæc affectio- nes primo cōpetunt sensorijs & internuntijs eius, vt auribus/oculis/naribus/linguæ. Sed obuiā ex prohemio metaphysice, actus & generationes sunt suppositoꝝ. Et confir- mauit, quia cuius est actus eius est potentia ex libro de sensu & sensato, sed actus sunt coniuncti, igitur & potētiæ: cōfirmatur, quia primo de anima dicit, si quis dixerit animā irasci aut gaudere est, ac si diceret anima texere, aut edificare. P̄ Soluit intelligitur dictū Arist. qd actiones & genera- tiones sunt suppositoꝝ, quia. 7. meta. non generatur es, neq; sphaera, sed sphaera enea, diuisibile enim op̄ esse id qd per se fit, & ideo si forma aut materia fieret per se, tunc formæ esset forma, & materiæ esset materia in infinitū qd est impossibile, similiter h̄ forma fit principium agendi & ino- uendi, tñ non est sine materia, aut extra materiā operans, & ideo actiones sunt coniuncti ex hoc, tñ non sequit̄ quin sint alique operationes per se primo cōpetentes partibus & toti ratione partiū, sicut enim d. Arist. in quinto phys. alī qua attribuūt toti per partē, vt sanatur corpus, quia oculus sanatur, aut thorax, & similiter in proposito videre per se, primo attribuit̄ oculo qui est pars totius hominis, homo vero per se non primo, vnde homo nō est p̄ se p̄mo videns in eo qd homo, sed in eo qd h̄ns oculos, nec est p̄ se primo audiēs, sed in eo qd habēs aures, & Auer. et huic aspiculatur in cōmē. magno p̄ poster. in cap. de vniuersali, vbi dicit qd homo nō est ambulans inquantū homo, sed inquantū habēs pedes. Bene igitur Themistius dicit qd licet h̄mōi p̄positiones sint in cōi vsu, homo videt, homo olfacit, non tñ sunt primariæ s̄m inductiūq; modū, & sic patet solutio, quia h̄ visio non cōpetat virtuti vsiue sine organo, nec organo sine virtute vsiua, tamē cōpetit con- iuncto ex vtroq; & ideo denominat̄ hō videre in eo qd est habens oculum, non in eo qd homo est absolute.

IN LIBRO DE ANIMA.

Contradi. in primo de anima super tex. 6.

THEMISTIVS & Auer. per passionē animæ p̄- prias exponunt, sicut est intelligere & contemplari. Sed hu- ius oppositū h̄ ibidem tex. cō. 12. vbi d. q̄ si qd opus est animæ propriū maxime videt̄ esse intelligere, si autē hoc est phantasia, aut non sine phantasia, nec hoc vtriq; contin- git sine corpore esse. Et confirmat̄ quia Aristō. primo de anima. tex. cō. 42. & 43. probat neq; sentire nec intelligere motus esse, nec esse animæ motus, vbi Themistius expresse. d. q̄ intellectio non est propria animæ, quia pendet to- ta ex sensibus, quia sine visis & imaginibus non perficitur. Et hoc est achilles illoꝝ qui tenent animam intellectūm s̄m Aristō. esse mortale. P̄ Soluitur operatio animæ pro- pria potest intelligi bifariam, aut quia ipsa prorsus depen- det ab anima, ita q̄ nullo modo corpus concurret, nec vt subiectum, nec vt obiectum, & sic anima intellectūa, seu intellectus materialis nullam h̄s propriā operationē, aut quia dependet à corpore, vel ab aliquo existēte in corpo- re vt ab obiecto non vt à subiecto, & sic intellectus mate- rialis h̄s aliquam operationē sibi propriā, & talis stat cum inimmortalitate, & immortalitate subie intellectus, vnde Auer. expresse testatur in p̄ de anima cōmē. 12. & 13. qd ista est sen- tentia Arist. in intellectu materiali qd est abstractus à cor- pore, & qd impossibile est, vt intelligat sine imaginatione, vnde locus p̄ntis deceptit istos, non enim animā quæ dunt